Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26088
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Dic o enim uobis. quia nisi abundauerit iustitia uestra plusquam
scribarum et pharisei. non introibitis in regnum celorum. Idest si
nisi solum illa minima legis preceptum impleueritis quae incho
ant homines. sed etiam ista quae ame addunt quae non uenit soluere
lege sed adimplere. non introibitis in regnum celorum. Sed dicis mi.
Si de illis mandatis minimis cum supra loqueretur dixit mi
nimum uocari in regno celorum. quisquis unum eorum soluerit et sedm
suam solutionem docuerit. magnum autem uocari quisquis ea fe
cerit et sic docuerit et exceo iam in regno celorum futurum esse
quia magnum est. quid opus est addi preceptis legis minimis. si in reg
no celorum potest esse quia magnus est quisquis ea fecerit et sic do
cuerit. Qua ppter sic est accipienda illa sententia. Qui autem
fecerit et docuerit sic magnus uocabitur in regno celorum.
id est non sedm illa minima sed sedm ea quae ego dicturus sum.
Quae sunt autem ista. Vt abundet inquit iustitia uestra sup scribarum
et pharisei. quia nisi abundauerit iustitia uestra in introibitis in
regnum celorum. Ergo quisquis soluerit illa minima et sic docu
erit minimus uocabitur. quia autem fecerit illa minima et sic
docuerit non iam magnus habendus et idoneus regno celorum.
sed tamen non tam minimus quam ille qui soluit. Vt autem sit magnus
atque illo magno regno aptus facere debet et docere
sicut xpc nos docet. id est ut abundet iustitia eius sup
scribarum et pharisei. Iustitia pharisei est ut non occidant.
iustitia eorum quia mittuntur in regnum celorum ut non irascant
sine causa. Minimum est quod non occidere. et quisquis illud solue
rit minimus uocabitur in regno celorum. quia autem illud imple
uerit ut non occidat non continuo magnus erit et idoneus
regno celorum sed tamen ascendit aliquem gradum. perficietur